



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 10. Hæretici in Delphinatu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

**Sæcul. XIV.** ab eo in possessione Mediolani ac Bono-  
**A.C. 1352.** niæ ad decem annos tenenda confirma-  
retur, ea lege, ut duodecies mille flo-  
nos aureos quotannis penderet. Diplo-  
**Rayn. 1352.** ma scriptum est 28 Apr. an. 1352: domini-  
n. 8. ce die 6. Maii sublatæ sunt confirmæ: at-

*Rayn.* 1352.  
n. 8.

ab eo in possessione Mediolani ac Bononiæ ad decem annos tenenda confirmaretur, ea lege, ut duodecies mille florenos aureos quotannis penderet. Diploma scriptum est 28 Apr. an. 1352: dominica die 6 Maii sublatæ sunt censuræ: atque Archiepiscopo pax ecclesiastica solenniter reddita fuit. Ita per misericordiam & pecuniam, inquit Matthæus Villanus, cuncta negotia magna cum pastribus Ecclesiæ conficiuntur.

§. X.

### *Hæretici in Delphinatu.*

Papa Clemens edoctus in dioecesi ac  
provincia Ebredunensi ingentem hæ-  
reticorum multitudinem dari, qui pro-  
pinquarum regionum Catholicis pericu-  
lum afferrent, ad Episcopos, Abbates, o-  
mnemque Clerum, ad Optimates, Ju-  
dices, ac societas dedit epistolam hu-  
jusmodi : Guilielmum electum Archie-  
piscopum Ebredunensem, ac Petrum de  
Montibus ex Ordine Minorum Inquisito-  
rem loci, vicinarumque provinciarum  
jussimus eas purgare ab hæresi, qua sunt  
infectæ. Oramus igitur, & volumus, ut  
illis consilia, adjumenta, duces, ac præ-  
sidia militaria, etiam vestris sumptibus,  
si opus sit, subministretis. Dabat 7  
Martii an. 1352. Hac super re scripsit  
etiam

Rayn. n. 20.

etiam Delphino Carolo Gallorum Regis secul. XIV.  
filio natu majori, Ludovico Regi Neapo- A.C. 1352.  
lis, ejusque conjugi Reginæ Joannæ.  
Non video, quos dicam hos Delphinatus  
hæreticos, nisi reliquias Valdensium.

Eodem tempore comparuit in Cata- Emerie.  
lonia quidam Nicolaus natione Calaber, direct. p. 266.  
sed qui diu egerat in Hispania. Dicebat  
certum Hispanum Consalvum nomine  
Conchana ex dioœcesi esse filium Dei ex  
omni æternitate in cœlo genitum, et si  
habere in terra patrem matremque visus  
esset. Hunc Consalvum non moriturum:  
Spiritum Sanctum humanam aliquando  
naturam juncturum sibi: & tunc fore,  
ut Consalus orbem universum adducat  
ad Christum. Extremi judicii die oratu-  
rum pro cunctis in noxa letali mortuis  
& damnatis, salutemque iis impetratu-  
rum. Denique Nicolaus Calaber tres in  
homine partes distinguebat, animam a  
Deo Patre factam, corpus opus Filii, spi-  
ritum creatum a Spiritu Sancto.

### §. XI.

#### *Beneficia ecclesiastica in Anglia occupantur.*

Eduardus III Anglorum Rex videbat  
multa regni sui beneficia possideri a  
Cardinalibus, Romanæ curiæ Ministris,  
pluribusque aliis semper absentibus. Er-